

*Videbunt in quem transfixerunt (Io 19, 37).*

Léctio libri Zachariæ prophétæ

12, 10-11; 13, 1

Hæc dicit Dóminus:

- <sup>10</sup> Effúndam super domum David  
et super habitatóres Ierúsalem  
spíritum grátiae et precum;  
et aspicient ad me.  
Quem confixerunt, plangent  
quasi planctu super unigénitum  
et dolébunt super eum,  
ut doléri solet super primogénitum.
- <sup>11</sup> In die illa magnus erit planctus in Ierúsalem  
sicut planctus Adadrémmon in campo Magéddo.

[12-14]

- <sup>13, 1</sup> In die illa  
erit fons patens dómui David et habitántibus Ierúsalem  
pro peccátis et immundítia.

Verbum Dómini.